A. D. 1917. Nrus XIV.

CURRENDA

Promulgatio novi Codicis Iuris Canonici.

Venerabilibus Fratribus et Dilectis Filiis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque Ordinariis ac praeterea catholicarum studiorum universitatum ac seminariorum doctoribus atque auditoribus.

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Providentissima Mater Ecclesia, ita a Conditore Christo constituta, ut omnibus instructa esset notis quae cuilibet perfectae societati congruunt, inde a suis primordiis, cum, Dominico obsequens mandato, docere ac regere omnes gentes incepit, aggressa est iam tum sacri ordinis virorum christianaeque plebis disciplinam datis legibus moderari ac tueri.

Procedente autem tempore, praesertim cum se in libertatem vindicavit et per maiora in dies incrementa latius ubique est propagata, ius ferendarum legum proprium ac nativum evolvere atque explicare nunquam destitit, multiplici ac varia decretorum copia per Romanos Pontifices et Oecumenicas Synodos, pro re ac tempore, promulgata. Hisce vero legibus praeceptisque tum cleri populique Christiani consuluit regimini sapienter, tum ipsam, ut historia testatur, rei publicae utilitatem civilemque cultum mirifice provexit. Neque enim solum barbararum gentium leges curavit Ecclesia abrogandas ferosque earum mores ad humanitatem informandos, sed ipsum quoque Romanorum ius, insigne veteris sapientiae monumentum, quod r a t i o s c r i p t a est merito nuncupatum, divini luminis auxilio freta, temperavit correctumque christiane perfecit, usque adeo ut, instituto rectius ac passim expolito privato et publico genere vivendi, sive aetate media sive recentiore materiam legibus condendis satis amplam paraverit.

Verum enimvero, quod ipse fel. rec. Decessor Noster Pius X, Motu proprio »A r d u u m s a n e,« d. XVI. Kal. Apr. a. MCMIV. edito, sapienter advertit, temporum conditionibus hominumque necessitatibus, prout rerum natura fert, immutatis, ius canonicum iam suum finem haud expedite persequi omni ex parte visum est. Saeculorum enim decursu, leges quamplurimae prodierant, quarum nonnullae aut suprema Ecclesiae auctoritate abrogatae sunt aut ipsae obsoleverunt: nonnullae vero aut pro conditione temporum difficiles ad exsequendum, aut communi omnium bono minus in praesenti utiles minusve opportunae evaserunt. Accedit etiam, quod leges canonicae ita numero creverant, tam disiunctae dispersaeque vagabantur, ut satis multae peritissimos ipsos, nedum vulgus, laterant.

Quibus de causis, idem fel. rec. Decessor Noster, statim ac Pontificatum

suscepit, secum ipse reputans quanto foret usui, ad disciplinam ecclesiasticam restituendam firmandam, si gravibus illis, quae supra enarravimus, incommodis sollicite mederetur, consilium iniit universas Ecclesiae leges, ad haec usque tempora editas, lucido ordine digestas in unum colligendi; amotis inde quae abrogatae iam essent aut obsoletae; aliis, ubi opus esset, ad nostros praesentes mores opportunius accomodatis;[1]) aliis etiam, si quando necesse esse aut expedire videretur, ex novo constitutis. Rem sane perarduam post maturam deliberationem aggressus, cum sacrorum Antistites, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, eadem super re consulere, eorumque mentes plane cognoscere omnino oportere iudiscasset, primum omnium id curavit ac voluit, ut Cardinalis a Publicis Ecclesiae Negotiis, datis litteris ad VV. FF. singulos Catholici Orbis Archiepiscopos, iisdem committeret ut »auditis Suffraganeis suis aliisque, si qui essent, Ordinariis qui Synodo Provinciali interesse deberent, quamprimum huic Sanctae Sedi paucis referrent an et quaenam in vigenti iure canonico, sua eorumque sententia, immutatione vel emendatione aliqua prae ceteris indigerent«[2]).

Postea, compluribus viris disciplinae canonum peritissimis sive ex Urbe Roma sive variis e nationibus in consortium laborum accitis, mandatum dedit dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, tum Archiepiscopo Caesariensi, ut Consultorum operam dirigeret, perficeret. ac, si opus esset, suppleret. Coetum deinde, sive, ut aiunt, Commissionem S. R. E. Cardinalium constituit, in eamque cooptavit Cardinales Dominicum Ferrata, Casimirum Gennari, Beniaminum Cavicchioni, Ioseph Calasanctium Vives y Tuto et Felicem Cavagnis, qui, referente eodem dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinari Casparri, paratos canones diligenter perpenderent eosque, iudicio suo, immutarent, emendarent, expolirent[3]). Cum autem quinque ii Viri, alius ex alio, obiissent, in eorum locum suffecti sunt dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales Vincentius Vannutelli, Caietanus De Lai, Sebastianus Martinelli, Basilius Pompili, Caietanus Bisleti, Gulielmus van Rossum, Philippus Giustini et Michael Lega, qui mandatum sibi negotium egregie expleverunt.

Postremo, prudentian auctoritatemque cunctorum in Episcopatu venerabilium Fratrum iterum exquirens ad ipsos itemque ad omnes Regularium Ordinum Praelatos, quotquot ad Oecumenicum Concilium legitime vocari solent, novi Codicis iam digesti et adornati, anteqam promulgaretur, singula ad singulos exemplaria mitti iussit, ut suas quisque animadversiones in paratos canones libere patefacerent[4]).

Verum cum, interea immortalis memoriae Decessor Noster, complorante Catholico Orbe universo, de vita decessisset, id contigit Nobis, Pontificatum secreto Dei consilio ineuntibus, ut Ecclesiae Nobiscum docentis sic undique collecta suffragia debito cum honore exciperemus. Tum demum, novum totius canonici iuris Codicem, iam pridem in ipso Concilio Vaticano a pluribus sacro-

[1]) Cf. Motu proprio „Arduum sane“.
[2]) Cf. Epistolam „Pergratum mihi“ die 25. Martii 1904.
[3]) Cf. Motu proprio „Arduum sane“.
[4]) Cf. Epistolam „De mandato“ die 20. Martii 1912.

rum Antistitibus expetitum, et abhinc duodecim solidos annos inchoatum, in omnes suas partes recognovimus, approbavimus, ratum habuimus.

Itaque, invocato divinae gratiae auxilio, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, motu proprio, certa scientia atque Apostolicae, qua aucti sumus, potestatis plenitudine, Constitutione hac Nostra, quam volumus perpetuo valituram, praesenten Codicem, sic ut digestus est, promulgamus, vim legis posthac habere pro universa Ecclesia decernimus, iubemus, vestraeque tradimus custodiae ac vigiliantiae servandum.

Ut autem omnes, ad quos pertinet, probe perspecta habere possint huius Codicis praescripta antequam ad effectum adducantur, edicimus ac iubemus ut ea vim obligandi habere non incipiant nisi a die Pentecostes anni proxime venturi, id est a die decima nona mensis Maii anni millesimi nongentesimi duodevicesimi.

Non obstantibus, quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis etiam speciali atque individua mentione dignis, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus ceterisque contrariis quibusvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, limitationis, supressionis, derogationis expressaeque quomodolibet voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesumpserit, indignationen omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum die festo Pentecostes anno millesimo nongentesimo decimo septimo, Pontificatus Nostri tertio.

Petrus Card. Gasparri, a Secretis status.
O. Card. Cagiano de Azevedo, S. R. E. Cancelarius.

S. Congregatio Rituum: Decretum circa rubricas Breviarii.

Per Decretum Sacrae rituum Congregationis Urbis et Orbis*) Diei 28. Februarii vertentis anni, de Commemoratione omnium fidelium defunctorum, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, statuit ac sancivit ut eiusmodi Commemoratio excludat omnia et singula Festa propria locorum, ecclesiarum, ordinum seu congregationum, aliorumque institutorum. Hinc Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, cunctisque sedulo perpensis, *sequentes variationes,* a praefato Decreto deductas, *in Rubricis Breviarii Romani faciendas esse censuit;* easque in futuris ipsius Breviarii editionibus inseri atque ab *omnibus servari mandavit.*

In Rubricis Breviarii ad normam bullae »Divini afflatu«.

I. Tit. IV, num. 6

Commemoratio omnium fidelium defunctorum exludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cuiusvis ritus. Si tamen dies 2. Novembris in Dominicam inciderit, Officium fit de Dominica cum Commemoratione Octavae omnium Sanctorum; et Commemoratio omnium fidelium defunctorum, iisdem cum iuribus, in diem 3, tamquam in sedem propriam transfertur.

*) Cf. Curr. XIII. p. 69.

II. Tit. V, num. 4

Commemoratio omnium fidelium defunctorum excludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cuiusvis ritus.

III. Notanda in pracedentibus tabellis.

Numerus 16. expungatur.

IV. Rubrica particularis in Propro Santorum, die 2. Novembris.

Commemoratio omnium fidelium defunctorum excludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cuiusvis ritus. Si tamen inciderit in Dominicam, iisdem cum iuribus, in sequenti Feria Secunda celebratur, translato, vel penitus omisso, iuxta Rubricas, quolibet alio Festo.

Insuper ipsa Sacra Congregatio iisdem futuris Breviarii Romani editionibus sequentes etiam variationes adiicendas praescripsit.

V. Die 22. Septembris ad Lectionen VI. Officii S. Thomae de Vilanova Ep. et Conf. omittantur postrema verba: »atque eius memoriam quartodecimo kalendas Octobris celebrari mandavit«.

VI. Die 1. Julii, in Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C., rubrica specialis in fine Officii Sicubi, etc. ita exprimatur: »Sicubi tamen hoc Festum habeat II Vesperas integras, omnia dicuntur ut in I Vesperis, sed loco ultimi Psalmi, dicatur Ps. 147. Lauda, Jerusalem Dominum, nec non Versus et Antiphona ad Magnificat ut infra«.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10. Martii 1917.

†*A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,* S. R. C. Pro-Praefectus.

L. † S. *Alexander Verde,* Secretarius.

S. Congregatio Rituum:

Dubia de Missis incommemoratione omnium fidelium defunctorum.

A Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaratione postulatum est:

An ex tribus Missis de Requie in Commemoratione omnium fidelium defunctorum a Constitutione Apostolica diei 10. augusti 1915. permissis: I. Sacerdos unam vel duas tantum Missas celebrare queat, II. et in utroque casu quaenam Missae ex descriptis in decreto Sacrorum Rituum Congregationis Urbis et Orbis diei 11. augusti 1915*.) legendae sint, ac demum III. pro quibus eadem applicandae?

Et Sacra Rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, ita rescribendum censuit;

Ad I. Affirmative ad utrumque.

Ad II. Prima Missa ex supradescriptis semper legenda est; altera erit secunda.

III. In utroque una Missa ad intentionen celebrantis, in secundo tamen casu, altera ex duabus Missis pro omnibus fidelibus defunctis applicanda est.

Atque ita rescripsit et declaravit de mandato Sanctissimi, die 28. februarii 1917.

† *A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,* S. R. C. Pro-Praefectus.

L. † S. *Alexander Verde,* Secretarius.

Vide Curr. IV. a 1915. par. 19.

L. 5316.

W sprawie rekwizycyi piszczałek organowych.

W związku z ogłoszeniem w poprzedniej kurendzie podajemy do wiadomości P. T. Duchowieństwa następujące pisma c. k. kraj. Urzędu konserwatorskiego z dnia 2. października b. r. L. 1008 i z dnia 18 września b. r. L. 822.:

W związku z poprzednimi reskryptami donosi się, że komisya rekwizycyjna w sprawie zajęcia piszczałek organowych, która się odbyła 21/IX. 1917, ustaliła następujące zasady:

Rekwizycya piszczałek organowych.

I.

Wszystkie piszczałki prospektowe (Prospektorgelpfeifen) z cyny lub ze stopów (aliażu) cyny, wbudowane lub nie wbudowane, będą zajęte (zarekwirowane) dla celów wojennych.

Piszczałki te nie mogą być przez właściciela ani samodzielnie wyjęte, ani sprzedane. Rekwizycya ich nastąpi według przepisów rozporządzenia z d. 22. października 1917 r.

II.

Według przepisów tego rozporządzenia wyjęte są z pod rekwizycyi organy, które posiadają szczególniejszą wartość artystyczną lub historyczną. Stwierdzenie tej wartości nastąpi z Urzędu przez komisyę centralną w porozumieniu z zamianowanymi przez Ministerstwo Wyznań i Oświaty rzeczoznawcami dla sztuki organowej. W wątpliwych wypadkach rozstrzygnie c. k. Ministerstwo Wyznań i Oświaty z c. k. Ministerstwem Wojny, Oddział XXI.

III.

(Paragraf III. odnosi się do organów prywatnych).

IV.

Rekwizycya piszczałek powierzona będzie przez zarząd wojskowy majstrom budowniczym (przedsiębiorcom budowy) organów, którzy legitymować się będą specyalnymi wykazami.

Usuwanie piszczałek z organów ma się tak uskutecznić, by dalsza choćby ograniczona możliwość grywania zachowaną została. W razie, gdyby przez usuwanie piszczałek nastąpiło uszkodzenie przedmiotu, właściciel jest uprawniony żądać usunięcia szkody przez zarząd wojskowy albo stosownego odszkodowania.

V.

Wynagrodzenie ustanowione będzie na 15 koron za 1 kg. wagi piszczałek.

VII.

Rozporządzenie to obowiązuje od dnia 22. października 1917 r.

Ponieważ rekwizycya piszczałek organowych rozpocznie się nieodwołalnie 22. października 1917 r. a przedłużenie tego terminu ze względu na pospieszne zapotrzebowanie cyny przez zarząd wojskowy jest wykluczone, przeto zbadanie wykazów organów, które mają być przesłane przez urzędy parafialne, czy

Ordynaryaty, tak pod względem wartości zabytkowej jakoteż muzycznej tychże organów, musi być do 10 b. m. ukończne, a wykazy tych organów, które będą wyłączone od rekwizycyi ze względu na ich historyczną, artystyczną i muzyczną watość, przedłożone Centralnej Komisyi.

„Ochrona organów u punktu widzenia ich artystyczno-muzykalnej wartości będzie przeprowadzona podobnie jak obrona artystyczno-historycznych organów przez tut. Urząd konserwatorski. Dla oceny tej artystyczno-muzykalnej wartości ustanowieni będą specyalni rzeczoznawcy po jednym dla każdej dyecezyi. Tutejszy Urząd uprasza o odpowiedź czy Najprzewielebniejszy Ordynaryat ma jakieś życzenia w sprawie nominowania tych rzeczoznawców i czy ewentualnie proponuje jakichś kandydatów. Rzeczoznawcami mogą być ludzie, którzy przedewszystkiem opanowują teoretycznie i o ile możności także praktycznie, jako muzycy dziedzinę sztuki organowej, jednak przedsiębiorcy i wykonawcy budowy organów nie mogą tu wchodzić w rachubę, gdyż ze strony Ministerstwa Obrony krajowej istnieje zamiar przeprowadzenie robót, powierzyć przedsiębiorstwom organów, należący do tych firm nie mogą więc być rzeczoznawcami.

Tutejszy Urząd uprasza Najprzewiel. Ordynaryat, by wezwał Wielebne Duchowieństwo do nadsyłania informacyi także odnośnie do muzykalnej wartości organów. Przesyłane wykazy winny więc na ogół zawierać następujące dane:

I. Oznaczenie dyecezyi, dziekanatu, probostwa i kościoła (kościół parafialny, kaplica) stosownie do oznaczenia w szematyźmie dyecezyalnym.

II. B. powiat, gmina, miejscowość, także ostatnia poczta.

III. Krótki, ale dokładny opis organów co do:

1. roku budowy ew. rekonstrukcyi czy restauracyi,
2. nazwisko twórcy organów,
3. oznaczenia muzyczne a mianowicie: układ, liczba registrów, brzmiących tonów, wyjaśnienie czy piszczałki z cyny lub ze stopów cynowych umieszczone są na głównym widoku, czy też na miejscu drugorzędnem.

IV. Oznaczenie architektury organów: krótki opis opatrzony o ile możności ilustracyami konstrukcyi, ozdób organów.

Ze względu na wartość artystyczno-historyczną, mogą być uwolnione jedynie organy z przed 1800 r.

Do opisów techniczno-muzykalnej strony organów zechce Wielebne Duchowieństwo wezwać fachowych organistów. Tutejszy Urząd uprasza o zamieszczenie powyższych informacyi w kronice dyecezyalnej, a równocześnie o zawiadomienie, że według najnowszych postanowień, które doszły obecnie do wiadomości tut. Urzędu, rekwizycya organów będzie się odnosić do wszystkich organów bez względu na ich wielkość, ulegną więc rekwizycyi nietylko organy o więcej niż 8. registrach jak potrzednio było ogłoszone. Nadto z powodu wielu nieporozumień, które miały i mają dotąd miejsce przy rekwizycyi dzwonów, uprasza tut. Urząd o poinformowanie Wielebnego Duchowieństwa, że Urząd konserwatorski nie jest bynajmniej organem *rekwirującym* dzwony, czy organy, czy n. p. sprzęty metalowe, jak niejednokrotnie Duchowieństwo przypuszcza, lecz że jego zadaniem, które wedle sił i możności stara się spełnić,

jest *gorąca obrona* tych wszystkich objektów, które są cennymi zabytkami narodowej kultury i sztuki.

Wykazy nadsyłane przez Wielebne Duchowieństwo służą dla celów obrony tego wszystkiego co tylko ze stanowiska sztuki i kultury przy istniejących od tut. Urzędu niezależnych normach, może być uwzględnione.

Branie pod uwagę innych motywów jak artystyczno-historycznych nie leży w mocy tut. Urzędu, który jednak stara się także wszelkie potrzeby kultu i ludności, w jak najdalszej mierze uwzględnić".

Na podstawie tego polecamy aby P. T. **Rządcy kościołów parafialnych i filialnych, chcący ochronić organy swych kościołów od zamierzonej rekwizycyi, a mający pewne dane co do wartości historycznej i artystycznej tychże, odnosili się wprost i jak najspieszniej, do c. k. Urzędu konserwatorskiego w Krakowie.**

Dodajemy nadto, żeśmy z przysłanych nam wykazów 16. o organach, przedstawiających wartość bądź historyczną bądź artystyczno-muzyczną przesłali do kraj. Urzędu konserwatorskiego w Krakowie, z prośbą by je wyłączono od rekwizycyi; zaś co do oceny wartości organów pod względem artystyczno-muzycznym zdaliśmy się na sąd wybranych do tego fachowych znawców mistrzowskiej sztuki organ.

W sprawie obchodów Kościuszkowskich.

Z okazyi obchodów Kościuszkowskich będą zapewne w parafiach miejscowe czynniki prosić o urządzenie nabożeństwa. Aby Duchowieństwo nie potrzebowało w każdym poszczególnym wypadku odnosić się do tutejszego konsystorza, niniejszem oświadczamy, że takie nabożeństwa mogą księża odprawić w każdej parafii. Kazania przy tej okazyi wygłoszone powinny mieć charakter religijny i kościelny; opowiadania o życiu i działaniu Kościuszki, należy raczej przenieść do obchodów pozakościelnych.

Corrigendum in Directorio Officii divini.

Pag. 115. 31. Dec. † **retineatur**,*) nam festum S. Silvestri ex albo festorum, in quibus Parochi pro parochianis applicare debent, nondum expunctum est.

Msze św. Związku mszalnego do odprawienia:

Msze św. na intencyę osób zapisanych do dyec. Związku mszalnego w II. półroczu t. j. do dnia 31. grudnia 1917. odprawią następujący P. T. Kapłani:

Pawlus, Pędracki, Piaskowy, Piech, Piechowicz, Piechura, Piekarzewski, Pierzga, Piękoś, Pięta, Pilch Joan, Pilch Ludovicus, Piotrowski, Dr Piskorz, Piszczkiewicz, Piś, Podolski, Poniewski, Potoczek, Potoniec, Pragłowski, Prokopek Jos., Prokopek Winc., Przewłocki, Przeworski, Przywara, Puskarz, Put, Pyzikiewicz,

*) Cf. Curr. III. a 1917 pag. 9.

Radoniewicz, Rajca, Rajczak, Rampelt, Rapacz, Ratowski, Rejowski, Rodak, Rogoziewicz, Rogoziński, Rogóż, Rojek Jos., Rojek Mart., Romański Fr., Romański Leo, Rosiek, Ruminowski, Rzepecki, Rzepka, Sadkiewicz, Sadulski.

Zjazd P. T. XX. Dziekanów.

Dnia 15. listopada 1917 r. odbędzie się zwyczajny doroczny zjazd XX. Dziekanów, na który niniejszem wszystkich XX. Dziekanów zapraszam.

Początek zebrania o godzinie 10. przedpołudniem w pałacu Biskupim.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Institutus: R. D. *Lewandowski Petrus,* adm. ben. in Żeleźnikowa ad idem beneficium.

Praesentatus: A. R. D. *Rosiek Joannes,* par. in Jastrzębia ad benef. in Kamienica.

Constituti: RR. DD. *Zuziak Martinus,* adm. in spiritualibus in Tylmanowa ad tempus morbi R. D. Parochi; *Gliński Antonius,* coop. in Padew, administrator vac. ben. in Chronów;

Applicati: RR. DD. *Rogoziński Joseph,* qui beneficio in Chronów libere resignavit, qua coop. ad Padew; *Młodochowski Joannes,* ad Pleśna; *Białas Adalbertus,* neomysta ad Wierzchosławice; *Śledź Josephus,* actuali curae pastor. cop. milit.

Pane emerito provisus: A. R. D. *Gawroński Joannes,* par. in Lipnica wielka.

Piis ad aram precibus commendatur:

Anima p. m. *Kumor Josephi,* parochi in Tylicz, qui die 26. Septembris a. c. pie in Domino mortuus est. S. p. a.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 1. października 1917.

Ks. Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.